

Mentem, Intelligentiam, Mundi ædificatricem, omnium rerum causam apud PLATONEM in *Phædone*: ὡς ἄρα νῦν εἶπεν ὁ Διακοσμῶν τε καὶ πάντων αἰτία, ταύτη δὲ αἰτία ἦσθ' εἶναι, καὶ ἔδοξε μοι τρέπον τίνα εὖ ἔχειν τὸ τὸν νῦν εἶναι πάντων αἰτίαν: Audiens, inquit, ex libro *Anaxagoræ*, Mentem esse mundi ædificatricem, omniumq; rerum causam, hanc sum mirificè letatus; & nescio quâ ratione videbatur mihi optimè habere, mentem esse omnium causam, dare intelligentiæ omnium rerum principatum. τὸν ἐπέκεινα νῦν καὶ ἔσθ' αἰαν, supra-mundanam mentem, sensus omnes excedentem: Filiam summi boni apud Platonem: λόγον sive Verbum ab AMELIO, & alijs, ut ex EUSEBIO discimus, qui l. XI. de preparat. Evangel. c. XIX. ista AMELII verba nobis communicavit: Καὶ ἔτι ἄρα ἦν ὁ λόγος, καὶ ὃν αἰεὶ ὄντα, τὰ γινόμενα ἐγένετο, ὡς ἂν καὶ ὁ Ηρακλείδης ἀξιώσειε, καὶ νῆ Δί' ὃν ὁ Βάρβαρος ἀξιοῖ ἐν ἡτῆς δεξιῆς ἔξει τε καὶ ἀξία καθεστηκότα, πρὸς θεὸν εἶναι, καὶ θεὸν εἶναι. δι' ἃ πάνθ' ἀπλῶς γεγενῆσθαι· ἐν ᾧ τὸ γενόμενον ζῶν, καὶ ζῶν, καὶ ὃν πεφυκέναι καὶ εἰς τὰ σώματα πίπτειν, καὶ σάρκα ἐνδυσάμενον, φαντάζεσθαι ἄνθρωπον, μὴ καὶ τῆς τῆνικαῦτα δεικνύειν τῆς φύσεως τ' ἐμεγάλειον. ἀμέλει καὶ ἀναλυθέντα πάλιν ἀποθεῖσθαι, καὶ θεὸν εἶναι, οἷον ἦν πρὸ τῆς εἰς τὸ σῶμα, καὶ τὴν σάρκα, καὶ τὸν ἄνθρωπον καταχθῆναι: Atq; hoc plane verbum erat, inquit, per quod, sempiternum cum esset, existebant omnia quæ fiebant, quemadmodum Heraclitus loqueretur: quod ipsum videlicet barbarus etiam ille, apud DEUM in Principii gradu ac dignitate constitutum, imò & DEUM simul esse pronunciat: per quod facta simpliciter omnia sint, in quo quicquid factum est, & vivens, & vita & aliquid pro suâ quodq; naturâ fuerit: idem porro in corpora delabi tradit, & carne indutum, humanam speciem præ se ferre, sic tamen ut suæ interea naturæ majestatem ostendat: adeoq; solutum ubi jam fuerit, DEI locum denuò capessere, ac DEUM prorsus eundem esse, qui erat, priusquam in corpus atq; in carnem hominemq; descenderet. Quis quæso ille erat Barbarus quem vocat, nisi Joannes Servatoris nostri Evangelista, cujus erat quicquid enarraverat? Tertiam deniq; personam animam mundi

mundi